

secundum istam regulam peiores sunt
 aethnici. habent tamen baptismum; si
 sic correcti redeant. non accipiunt; quod
 si amisissent. utique acciperent. potest
 ergo fieri. ut aliquis peior sit aethnico.
 Et tamen in eo xpi sacramentum. non
 solum sit. sed etiam non sit peius quam
 in homine scō & iusto. Et si enim quan-
 tum in illo homine est. non eum serua-
 uit. sed animo & uoluntate uiolauit.
 Tamen quantum ad ipsum attinet sa-
 cramentum. & cum contemptore
 & repudiatore suo integrum in uiola-
 tumq. permansit. Nonne sodomite
 aethnici erant. Id est gentiles. peiores
 ergo erant iudaei. quibus dñs dicit.
 Tolerabilius erit sodomis in die iudicii
 quam uobis; & quibus propheta di-
 cit. Iustificastis sodomam. Id est in com-
 paratione uestra sodomam iustificata est.
 Nam quid tamen ideo sacramenta diui-
 na. quae apud iudeos erant. talia erant
 quales ipsi erant. Quae dñs quoq. ipse
 suscepit. & ad ea celebranda leproso
 quos mundauerat misit. & ea Zachariae
 ministranti angelus adsistit. eumq.

In templo sacrificantem. exauditum esse
 nuntiauit. Haec eadem sacramenta
 in bonis hominibus illius temporis erant.
 & in malis. peioribus quam sunt aethnici.
 quandoquidem in malitia sodomitas
 praelatisunt. & tamen illa sacramenta
 erant in utrisq. integra atq. diuina.
 Nam & ipsi gentiles si quid diuinum &
 rectum in doctrinis suis habere poterunt.
 non improbauerunt sc̄m̄. quamuis
 illi per suas superstitiones. & idolatram.
 & superbiam. ceterosq. perditos mores
 detestandi essent. & nisi corrigerentur
 diuino iudicio puniendi. Nam & paulus
 apostolus apud athenienses cum de deo
 quaedam diceret. perhibuit testimonium
 quod quidam eorum tale aliquid dixe-
 rint. quod utiq. si ad xpm uerum
 agnosceretur in eis non improbareret.
 Et sc̄s cyprianus talibus aduersus eos dom-
 aethnicos utitur testibus. Nam cum
 de magis loqueretur. quorum tamen
 inquit praecipuus ostanes. & formam
 ueri di negat conspici posse. & angelos
 ueros sedi eius dicit adsistere. In quo
 & plato paratione conferat. & unum